¶ Vobis mandātes q̄tenus memoratum magiſtruȝ ſcholarium donec canonice ſuam purgauerit innocentiā: ſcȝ ꝙ non calūniandi aīo ad hmōi crimina ꝓponēda ꝓceſſit ab officio et bñficio ſuſpendatȝ vt ceteri ſimili pena ꝯterriti ad infamiam ſuorū facile nō ꝓſiliant prelatorum. ¶ Pro ſimonia: et ne aliquid ꝓ ſpiritualibꝰ exigatur vel promittatur. Grego. gñali ſynodo preſidens. ¶ Ep̄s pro ordine ab eo cōferendo vel miniſtri vel notarij nichil tpale exigere debent. Capitulum.i.

N ordinando: et infra. Sicut non debet epiſcopus manum quā imponit: ita nec miniſter vel notarius ī ordinatiōe eiꝰ vocē vel calamū vēdere. ¶ Pro ordinatione igit vel vſu pallij ſeu chartis atqȝ paſtellis eum q̄ ordinatur omnino aliq̄d dare ꝓhibemus. Ex concilio maguntiñ. ¶ Deponendus eſt qui per pecuniam aliquē elegit de eccleſia ſua ſe poſtea ī rendendo. Capitulum.ij.

Ui altum in eccleſia ordinatū ꝑ pecuniam expulerit eāqȝ ſibi taliter vendicauerit / oīmode deponat. Deodatus papa. ¶ Quilȝ catholicꝰ admittitur ad accuſandū de crimie ſimonie. c.iij.

SI dñs ⁊ magiſter olim qui ſine pctō fuit accuſandi licentiam vni dedit / ⁊ infra. ¶ Nō igitur quilibet catholicus eſt reſpuendus / ſed vt veritatē aſſerat ad ꝓpaladaȝ ſimoniacā rabiē magnis eſt precibus exhortandus. Idem. ¶ Simoniacus pendente accuſatione ab adminiſtratione diuinorum prohibetur. Capitulum.iiij.

ACcuſatum ſimoniacuȝ neceſſe habuimus ꝓhibere ne miſſaruȝ ſolemnia celebraret / donec quid certius conſtitiſſet. Idē. ¶ Idē dicit qͦd precedēs niſi ꝙ illud c. loquitur in accuſatiōe / iſtud in inq̄ſitiōe / et illud loquitur de ſimoniaco in genere / iſtud declarat de ordine. Capi.v.

Quotiens: et infra. Peruenit ad nos ꝙ per ſimoniacam hereſim fueris ordinatus / ꝓpterea neceſſe habuimus te ꝓhibere ne miſſaruȝ ſolēnia celebrare debuiſſes donec quid ſit verius diſcerneremus. Lucius papa. ¶ Simoniacus eſt deponendus. Capitulum.vi.

SIcut ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit ita ſine dilatione mox vt eius ſigna per aliquā perſonā claruerint de eccleſia dei debet eliminari / atqȝ ꝓpelli. Deodatus. ¶ Simoniacū accuſare poteſt ſeruus meretrix et criminoſi. Capitulum.vij.

TAnta ē labes huiꝰ criminis ꝙ etiaȝ ſerui aduerſus dominos et quilibet criminoſi admittūtur ad accuſationem. ¶ Item omnis peccator miſſam cantare poteſt preter ſimoniacuȝ: quem quilibet vt ab ordie male accepto remoueatur accuſare poteſt: vel etiam meretrix. Alexā.iij. ī cōcilio turoneñ. ¶ Simoniacum eſt precium recipere pro ingreſſu religionis pro prioratibus vel capellis concedendis: et pro ꝓſbiteris inſtituendis: pro concedēda ſepultura: pro chriſmate pro oleo ſācto: pro benedictionibus nubentiū: vel alijs ſacramētis: nec valet conſuetudo in contrarium. h.d. cuȝ ſequenti. Capitulū.octauū.

NOn ſatis: et infra. Prohibemus igitur ne ab his qui ad religionem tranſire volunt aliqua pecunia requiratur. Nec prioratus vel capellanie quelibȝ monachoruȝ aut clericoꝝ ānua diſtractione vendāt. Nec ab eo cui regimē ipſaꝝ cōmittit ꝑ eaꝝ cōmiſſiōe vllū ꝓciū exigatur. Uñ q̄ſquis cōtra hoc decretum attētare ꝓſūmpſerit. tā ille qui dederit q̄ȝ ille q̄ recepit vel cōſentit: ꝑtē ſe cū ſimone nō dubitet habituruȝ. ¶ Pro ſepultura āq̄ȝ et chriſmatis ⁊ olei receptione nulla cuiuſq̄ȝ precij exactio attētetur nec ſub obtentu cuiuſq̄ cōſuetudinis reatū ſuū quis tueatur: quia diuturnitas tēporis non diminuit pctā ſed auget. Ex ꝯcil. lateraneñ. ¶ Summa eſt ē.c.m.c. precedenti. Capitulum nonum.

CUm i eccl'ie corpe et infra. Horribile nimis ē: ꝙ in quibuſdā eccleſijs locū venalitas ꝓhibetur hre: ita vt ꝑ ep̄is vel abbatibus ſeu quibuſcūq̄ȝ ꝑſonis eccl'iaſticis ponēdis in ſedē ſiue itroducendis pbr̄is in eccleſiam necnō et ꝑ ſepulturis et exequijs mortuorum et benedictiōibꝰ nubētiū: ſeu alijs ſacramentis aliq̄d reqrat. Putāt aūt pl'es ex hoc licē: q̄r legē mortȝ de lōga inaluiſſe cōſuetudine arbitrāt nō attendētes ꝙ tāto grauiora ſūt crimina. q̄ȝto diutiꝰ īfelicē aīaȝ tenuerūt alligatā. ¶ Ne igitur hec deceto fiāt: vl' ꝑ ꝑſonis eccl'iaſticis deducēdis ī ſedē: vel ſacerdotibꝰ inſtituēdis: aut ſepeliendis mortuis ſeu benedicendis nubētibus ſeu alijs ſacramentis confeſ

vendis: ſeu collatis aliquid exigatur: diſtrictius phibemus. Si quis autem contra hoc venire preſumpſerit: portionem cum giezi ſe nouerit habiturum. Idem vigilieñ. epiſcopo. ¶ Breue eſt. Capitulum. x.

Cum ſit romana, ⁊ infra. ¶ Conſul. t. t. r. q nichil pro eccleſiarum conſecratiõe potes vel debes pter pcurationẽ exigere. Idẽ tolerano archiepõ. ¶ Conuictus de ſymonia deponẽdus eſt: idẽ in infamato qui ſe purgare non poteſt. Capitulum. xi.

De hoc autem q epiſcopus exonieñ. archidia. beneficiũ: ⁊ cuidã clerico ante electionẽ ſuam prioratum dicitur promiſiſſe: vt vterqȝ conſentiret eidem: tue prudẽtie reſpondemus: q ſi manifeſtum eſt eundẽ archidia. et clericum ob cãm illaȝ pmiſſa recepiſſe: aut exinde confeſſi fuerũt in iure vel legitĩe cõuicti ab altaris miſterio ſunt ppetuo deponendi. Si vero id manifeſtuȝ eſt: nec tamẽ inde conuicti vel cõfeſſi fuerint: ſȝ tantũ publica laborãt īfamia eis canonica purgatio debet indici: in qua ſi defecerint: tã qȝ auctores tãti ſint ſceleris puniendi. ¶ Regẽ autẽ priñcipes eius debes inducere: vt ſi qua receperint a pfato epõ vt eius electioni pſtarẽt aſſenſum eccleſie exonieñ. ſine diminutione reſtituant: cum ſine graui ſue ſalutis periculo retinere non poſſint. Idem eboraceñ. archiepiſcopo. ¶ Symoniacum eſt pro ſeruitio beneficium eccleſiaſticum promittere. Capitulum. xii.

Cum eſſent in noſtra preſentia cõſtituti. R. clericus et nobilis vir. G. quidem. G. moraȝ diutius facere non poterat: p ſe in cauſa illa ſufficientẽ conſtituit reſponſalem. ¶ Cumqȝ ab vtroqȝ pfati R. intellexerimus q memoratus miles promiſerat ei dare eccleſiam ſi quoddam negocium eiuſdem in noſtra poſſet preſentia promouere: ac per hoc promiſſionem ipſam continere ſymoniacam prauitatem: eidem R. ſuper eadem eccleſia ſilentium duximus imponendũ. Idem ciſterneñ. epiſcopo. ¶ Notorius ſymoniacus in beneficio ab illo deponitur: idem in infamato qui ſe purgare nõ põt. Capitulum.

Inſinuatũ eſt q in eccleſiis tui epiſcopatus plurimi clerici per ſymoniam habere dicuntur ingreſſum: infamia inde reſpergi. ¶ Unde mandamus quatenus ſi qui fuerint quos in pdictis eccleſiis publicũ ⁊ notoriũ eſt ſymoniace intraſſe: eos amoueas ab eccleſiis taliter acquiſitis. Illis

ut inc. extra ſimoniacos 1. q. 1.

autem quorũ crimẽ nõ eſt publicũ ⁊ notorium: ſi publica laborant infamia: cũ quinta vel ſexta manu ſui ordinis purgationem indicas: in qua ſi defecerit: bñficiis huiuſmodi eccleſiarum perpetuo priues eoſdem. Idem. ¶ Symoniacum eſt, precio vel fauore ſiue precibus vel recõciliãdi non penitentem: vel digne penitentẽ a recõciliatione remouere. Capitulum. xiiii.

Nemo pſbiterorũ exẽnium vel emolumentum quodlibet tẽporale: imo ſpirituale detrimentũ: a quocũqȝ publice peccante accipiat: vt eũ vel miniſtris eius peccatum illius celet. nec p reſpectu cuiuſqȝ pſone cõſanguinitatis aut familiaritatis alteris cõicans pctis: hoc epõ innoteſcere detractet. ¶ Nec quẽqȝ penitentem vel minus digne penitentẽ: grã vel fauore ad recõciliationẽ adducat et teſtimoniũ reconciliatiõis ferat eidem: vel quocunqȝ ſitore digne penitentem a recõciliatiõe remoueat: quia ſymoniacum eſt vtrunqȝ. Idem vigorñ. epõ et priori de acra. ¶ Eccleſia emi vel redimi nõ pt. hoc dicit q ad lr̃as c. xv.

Querelã monachorũ de acra recepimus: q cum ipſi quoddã maneriũ cum pertinentiis ſuis ⁊ eccliaȝ de geneſt. a monachis de cardomo ſub annuo cenſu. xv. librarum fuiſſent adepti: et inde chartam ab ipſis monachis habuiſſent: prior eorũ capl'o incõſulto preſcriptũ maneriũ ⁊ chartã monachis de cardomo accepta pecunia reſignauit. ¶ Unde quia prefati monachi de acra ſe conquerũtur iniuſte grauatos mãdamus quatenus partibus cõuocatis preſcriptã cãm cõcordia vel iudicio terminetis: ſcituri q ſicut emi non potuit: ita nec redimi eccleſia memorata. Si vero monachi de cardomo legitime citati ad vr̃aȝ preſentiam accedere/ et iudicio veſtro ſtare contẽpſerint voſipſos monachos de acra in poſſeſſionem eorum de quibus controuerſia vertitur inducatis: nec permittatis eos exinde abſqȝ ordine iudiciario moleſtari. Idem. ¶ Pro chriſmate ab eccleſiis pecunia exigi nõ debet etiã ſi hoc habeat cõſuetudo. Capitu. xvi.

Ex ꝗ de auerſele. et fra. ¶ Audiuimus q nummos pro chriſmate ab eccleſiis extorqtis ꝗs nunc cathedraticũ: aliquñ paſchalẽ pſtationẽ: interdũ epalem conſuetudinẽ appellatis. ¶ Quia vero hoc ſymoniacũ eſſe cognoſcit: mãdamus quatenus pretextu alicuius cõſuetudinis vel ſtatuto

nis pſcriptos denarios nulla
tenus exigatis. ¶ Pro certo
ſcituri ꝙ ſi hoc preſumpſerit=
tis: periculū ordinis et digni
tatis poteritis non īmerito
formidare. I dem. ¶ Pro ha
bēdis ſpiritualibus homagi
um facere ſimoniacū ē. c. xvii

Ex diligenti tua relatio
ne īnotuit ꝙ. H. cantua.
archid. te iduxit vt ei homa=
giū faceres: ⁊ infidelitatē ꝑ
ſtares: ita ꝙ ipſe tibi benefi
cium eccleſiaſticū annis ſin
gulis exhiberet. Unde quo=
niaꝫ huiuſmodi obligatio il=
licita ꝯtra tue ſalutis necnō
et ſue profectuꝫ exiſtit abſol
ui a nobis inſtantius poſtu=
laſti. adijciens ꝙ ab eo dein=
ceps nichil oīno ꝺ beneficio
acciperes cōſtituto. ¶ Quo
circa nos tuaꝫ petitioneꝫ ho
neſtam ⁊ fauorabilem atten=
dentes/te a prefati arch. ho
magio ⁊ fidelitate (preſertiꝫ
cum hec taliter preſtita diui
nis ⁊ humanis legibus con=
traire noſcantur) abſoluim⁹
ita ꝙ ab epō vel ſacerdote di
ſcreto penitētiam inde cōdi
gnā recipias. Verū ne aliq̄ ꝓ
pter hoc nota vl' infamia poſ
ſis reſpgi abſolutiōis nr̄e lit
teras tibi duximus īdulgen
das: qbus contra latrantiuꝫ
morſus tut⁹ ⁊ ꝑmunitus exi=
ſtas: ⁊ q̄s in teſtimoniū indul
gētie nr̄e valeas ꝺmōſtrare.

I dē ſtrigoñ. archiepiſcopo.
¶ Simoniaca ſecratiōē
(ſcitur ſimoniaca ſꝫ ordina=
tori aliqd donatū fuerit non
ex pacto. Capitulum. xviij.

Et ſi q̄ſtiōes tuas ꝺ fer
uore religionis ad nos
ꝑferri nullatenus ignorem⁹:
non tamē tibi ē i his vltra q̄ꝫ
oporteat dubitandum: cū le=
ges humane dicant: ꝙ quidā
tenui religiōe ſacramēta ne
ceſſaria ⁊ legitima exhibere
cōtēnunt. tenuem religioneꝫ
vocātes q̄ i talib⁹ heſitat vbi
nō ē aliq̄ten⁹ heſitādū. ¶ In
hoc itaqꝫ ꝙ. P. pbr̄ car. apo.
ſe. le. ꝓ electōe tua vt palliuꝫ
tibi traderet: ad partes illas
acceſſit: ⁊ fr̄ tu⁹ ei⁹ ꝑſciēs ne
ceſſitatē. ei equū vnū te igno
rante trāſmiſit: qm̄ per mare
veniēs nullas aut paucas ſe
cū eq̄taturas adduxit: nullo
mō timere opꝫ. ¶ Cū in acci
piēdis vl' dādis mūerib⁹ tria
ſunt maxime attendenda: ꝑ=
ſone. ſ. dantis ⁊ accipientis q̄
litas: q̄ꝫtitas muneris: et do
nationis tp̄s. q̄litas ꝑſonarū
vt a q̄ et cui: videlꝫ an a pau
pere diuiti: vel ecōuerſo ſiue
a diuite locupleti datum fue
rit. extimatio munerꝫ ⁊ dona
tionis tempus: ſi magni vel
minoris precij data exiſtat: ⁊
an inſtāti neceſſitate ſeu alio
tempore conferatur. ¶ Si
ergo predictorum cardinali

et fratris tui perſonā et qua
litatem penſam⁹: nō fuit ma=
gnum ab eodē fratre tuo car
dinali equum vnuꝫ tranſmit=
ti. quem etiā ioculatori nō pe
tenti vir tantus ⁊ tam abun=
dans forte donaret. verum ſi
temporis neceſſitatem per=
pendimus nō alia intentione
conſtat factū fuiſſe: q̄ꝫ vt car=
dinali ſubueniretur in articu
lo prenotato. ⁊ īfra. ¶ Quod
autem ſcriptuꝫ ē beatus qui
excutit manus ſuas ab omni
munere: de illis donis dictuꝫ
eſt que accipiētis animū alli
cere vel ꝑuertere ſolent. qm̄
ſi ipa etiam ꝑſona electi offe
rat ordinatori vel conſecrato
ri ſuo electuarium: vel de vi=
no ſiue de alijs huiuſmodi q̄
modici precij fuerūt: ex quo
voluntatem recipientis incli
nare vel mouere non debeāt
nō tamen ec. ro. interpretari
conſueuit accipienteꝫ in his
delinquere vl' donantē. I deꝫ
¶ Abbas ⁊ maiores de couē
tu ſi pro receptiōe monachi
receperint pecuniam ex pa=
cto ab officio ⁊ bñficio ſuſpē
dunt' ⁊ talit' recepta pecunia
reſtituit' ⁊ in aliud mōaſteri
um ita recept⁹ trāſfert'. c. xix.

Veniēs ad nos. F. pbr̄
propoſuit ꝙ abbas et
fr̄es ſci. R. noluerīt eū i mōa
chuꝫ recipe q̄uſqꝫ. xxx. ſoli=
dos dare cōuenerit. ꝯuētiōe

auteꝫ facta ſequenti die euꝫ
monaſticum habitum indue
runt: ⁊ iſdem monachi. xxx. ſo
lidos: abbas vero. x. ⁊ familia
xij. pro paſtu (aſſerentes hoc
eſſe de cōſuetudine monaſte
rij) poſtularūt. ¶ Quoniam
ergo factū huiuſmōi ꝑnicio
ſum vr̄ mandam⁹ q̄ten⁹ ſi ita
eſſe noueris: abbatē ⁊ mona
chos ad reſtituēdaꝫ pecuniā
ꝑfato. F. taꝫ indigne acceptā
compellas: ⁊ abbatē et maio
res perſonas monaſterij pro
tāte prauitatis exceſſu ab of
ficij executione ſuſpēdens ꝑ
cipias dicto. F. vt in alio mo
naſterio ī hitu monaſtico do
mīo ſtudeat deſeruire. I deꝫ
¶ Si ordinandus preſenta=
tori ſuo aliquid dedit ex pa=
cto ſimoniacū eſt: non tamen
deponit' ſi ē occultū. Capi. xx

Ex tue fra. litteris et ex
cōfeſſione ſacerdotis ꝑ
ſentiū latoris accepim⁹ ꝙ cū
ad ſacerdotij ordinem nō ali
ter voluiſſet eum ei⁹ archid.
preſentare: ſex ſolidos ſoluit
eidem: ⁊ ſic ordinē ipſum per
eū preſentatus accepit. ¶ Un
de tibi ſic duxim⁹ reſpōden
duꝫ vt ſi hoc non ē publicuꝫ
ſꝫ ſecretuꝫ eūdē ſacerdotē ſe
creto ꝯuenias monēs ſine vi
la coactiōe ꝓpelli⁹ ⁊ inducēs
vt ordinē alicui⁹ religioſis aſ
ſumat ⁊ ꝑpetuo ab offō abſti
neat qꝺ illicite acquiſiuit: alio

quin non erit tutuz: cū ſit ſe cretus exceſſus) ipſum inhi tum ab eodem officio coerce re cui tamen ſecretā penitē tiā ſcdʒ ꝙ tibi viſuʒ fuerit: in iūgere nō poſtponas. Idē.

¶ [illegible] eſt nec per vi [illegible] nram. [illegible] et infra. Si.v.mād.qt. pro miſterio eccleſiaſtico ex ercendo: ſiue p vicarijs aſſi gnandis: ſeu p criſmate nul latenꝰ pecūiā exigatꝛ. Ca.iij.

¶ [illegible] ſymoniace ordinati q ſymoniace non ē diſpenſari poteſt. Capitulum.xxij.

De ſymoniace ordinatiꝭ certū tibi non poſſumꝰ dare reſponſuʒ: niſi pleniꝰ co gnoſcamꝰ q̄liter fuerit ordia ti: cū qdam lʒ ſcdʒ quādā ſpe ciē ſymonie vt pote ipiis igno rantibus ſymoniace ordinen tur: pn̄t (qr ſymoīaci nō ſūt) i ſuis ordibꝰ remanere. Idē.

¶ Si contradicētes electo pro pecunia ꝯvoluntati electi tra dita a contradictiōe ceſſat: ele ctus poſtea cōfirmatus ꝗ ſy moniacus: beneficio renuncia re tenetur. Capitulum.xxiij.

Matheus cardinalis ſe creta nobis inſinuatio ne mōſtrauit: qr cū fuiſſes ad eccleſie tue regimen de volū tate maioris partis fratrum electus: paucis tibi contra dicentibus: quidam amicus tuus de conſcientia tua et vo luntate turbata ei qui magi ſter diſcordie videbatur: cer te q̄titatis munus exſolutū: ꝛ ſic cōtradictio conquieuit. nunc autem dubitas ꝗnō ſis a labe ſymonie prorſꝰ immu nis donec in adminiſtratione volueris remanere. ¶ Quia igitur conſiluʒ requiſiſti qd tibi ſit faciendum: reſponde mus ꝙ multum tibi conſulis ſi adminiſtrationeʒ celeriter ac ſponte dimittas: illius ver bi memor exiſtens. Nil pdeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: anime vero ſue de trimentuʒ patiatur. Idem.

¶ Pro abſoluēdo excommu nicatus preciū aliquod exigi non debet. Capitulum.xxiiij.

Ad aures noſtras per uenit: ſic noueris ꝙ cū C. de ſeneuilla propter pecu niam: quam debebat vinculo fuiſſet excōicationis aſtrictꝰ creditoribus ſatiſfecit: ſʒ ex communicatoribus [illegible] ſolutione querentibus nōvo luit abſolutionis beneficiuʒ obtinere. ¶ Quoniaʒ igitur indignum eſt et eccleſiaſtice rationi contrarium: vt abſo lutionis beneficium redime tur. di.v.mandamꝰ quatenus ſi prefatus. C. debituʒ ſoluit ipſuʒ gratis faciatis abſolui ſi excōicatores illi nō fecerint requiſiti. Clemens tertius.

¶ [illegible] per ſymoniam

[illegible] recepti ſi ante ſymoniaci ad ar [illegible] monaſteria transferūtur [illegible] alias poſt renunciatione [illegible] vel in aliis monaſteri [illegible] ordinis poterunt collocari. Capitulum.xxv.

De regularibꝰ canonicꝭ ſeu monachis nos con ſulere voluiſti: q per ſymōiaʒ ingreſſum ipſis ſcientibꝰ ha buerunt. ¶ Unde cū ſup hoc auctoritates multe reperiāt expreſſe non aliud q̄ʒ ſtatutū eſſe reſpōdemus. vt locum quē taliter adepti ſunt omnino di mittāt: ꝛ ſolitudines ſeu alia mōaſteria diſtrictiora adeāt in quibus tam execrabileʒ ex ceſſum ſine intermiſſione de plorent. Si autem ignorānti bus illis pecunia data fuerit cogas eos ad renunciandum loco eidem: ꝛ poſtmodū i ipſū reducere: ſi ibi abſqʒ ſcādalo potuerint remanere: vel i alio [illegible] de ordine ipſo ad ſeruiē dum deo poteris collocare. Idē.

¶ Si quis canonicatui renū ciauit ad quē per ſymoniam [illegible] aſſumptus fuerat [illegible] de nouo aſſumitur ad [illegible] non poteſt ex prima re ceptione ſibi aliquid vendi care. Capitulum.xxvi.

Ex inſinuatione tua no bis innotuit ꝙ pater tu us interueniente pecūia olim tibi obtinende bn̄ficiū acquiſiuit ꝛ cum ad annos diſcretionis p ueniens accepiſſes p̄dicte cru cis ſignū dictam prebēdam i manu ꝓpoſiti ꝛ fratruʒ libere reſignaſti Sed iidem tibi cō patientes d̄ nouo te in ſuū ca nonicū elegerūt: ita videlʒ ꝙ per electionem iſtam poſtre mum locū in choro ꝛ in aliis obtineres. et infra. ¶ Reſpō de. vt indulgentia quaʒ fres tui miſericorditer tibi feciſſe noſcuntur contentus exiſtēs ratione prime receptiōis ni chil audeas in ipſa eccl'ia ven dicare. Celeſt.iij.

¶ Electio ſymoniaca eſt caſſanda ſi pro hoc electoribus promiſſa fuit pecunia q̄uis electus igno ret niſi hoc factum fuerit in fraudem electi. [illegible] Cum electo reprobato ꝯuictum ſy monie nō diſpenſat epūs. [illegible] ſecundo. [illegible] Capi.xxvij.

Nobis fuit ex pte tua intimatuʒ: ꝙ cuʒ quat tuor eſſent a capitulo conſti tuti q debebant quēdam eli gere in plebanuʒ: amici eius de cuiꝰ electione ſpes habe batur / vni vel oibus eligenti um promiſerunt ſe pecuniaʒ ſoluturos eo tamen ignoran te q hmōi pmiſſiōe interue niente poſtmodū eſt electꝰ. ꝛ ifra. ¶ Qr igit ſup hoc ꝯſulē nos voluiſti ꝯſul.t.b.r. ꝙ niſi ꝯſtaret illos q pmiſſū ſe fe ceſt p fraudē i diſpēdiū illiꝰ q eligēdꝰ erat id malicioſe fe

cliſſe q̃zuis ipſe tp̃e ꝓmiſſio=
nis cõſcius non fuerit: ei⁹ tñ
electio tanq̃z ſimoniaca praua=
uitate preſumpta eſt penit⁹
reprobanda. ⁊ infra. ¶ Ad vl
timum quod in fine cõſulta=
tionis tue inuenim⁹: hoc du=
ximus reſpondendum: ꝙ ali
quis in eccleſie cuiuſlibet pre
latum electus et vt dictum
eſt per prauitatẽ ſimoniacam
reprobat⁹: ab ep̃o ſuo diſpen
ſationẽ aliquã obtinere de iu
re non poteſt. Idẽ linconieñ.
ep̃o: ⁊ priori de ponte fracto.

¶ Qui dat prelato pecuniaz
ne ipſum in iure ſuo de facto
moleſtet: illam repetit ſi pre=
latus ꝓmiſſa nõ ſeruat. h. d.
inherendo litere. C. xxviij.

Dilectus filius. R. ꝑpo
ſitus nobis expoſuit:
ꝙ cũ eboraceñ. archidi. eũ mľ
tis grauaminib⁹ afficere nõ
ceſſaret ꝓmiſit ei certã. q̃ztita=
tatem pecunie ſe daturuz: vt
ab ipſius deſiſteret leſiõe. ve
rum dictus archi. poſt rece=
ptionem pecunie ſuper digni
tatib⁹ ⁊ beneficijs ſuis ab ei⁹
moleſtia nõ q̃euit. ¶ Ideoq̃z
di. v. mandamus quatenus ſi
res ita ſe habet archi. reſti=
tuere quod accepit (ſi euz cõ
tra promiſſionẽ ſuam veniſſe
cõſtiterit) cõpellatis. Inno.
iij. abbati de iugo dei: ⁊ priori
de ſil. ¶ Pro bñdictionibus
nubentium: et exequijs mor=
tuorũ nichil exigi dʒ. C. xxix.

Suam nobis parrochia
ni de villa franca quer
moniam deſtinarũt: ꝙ capel=
lanus eorũ pro exequijs mor
tuorum ⁊ benedictionib⁹ nu=
bentiũ minus licite pecuniaz
ab eis exigit et extorquet. et
infra. ¶ Di. v. mandam⁹ qua=
tenus dictum capellanũ vt a
tanta preſumptione deſiſtat
etiam ꝓ exceſſu ſatiſfaciat cõ
petẽter moneatis: ſibi (ſi obe
dire noluerit) penam canoni
cam infligentes. Idem can=
tuarieñ. archiep̃o. ¶ Si per ac
cuſationẽ conſtat monachũ
ſimoniace fuiſſe receptũ rece
ptus et recipiens deponũtur
Si vero per inquiſitionẽ re
ceptus in artius monaſteriũ
detruditur: recipienti vero et
maioribus pena condigna i=
ponitur: et interim ab execu=
tione ordinum ſacrorum ſuſ=
penduntur. Capitulum. xxx.

Dilectus filius. A. nun
cius tuus ꝓ parte tua
propoſuit: ꝙ cum cantu. dioce
ſim viſitans in monaſterijs ⁊
religioſis locis pullulaſſe re
pereris ſimoniacã prauitatẽ
ita ꝙ in eis multi precio ſunt
recepti: qui potius gratis re
cipi debuiſſent: immo etiam
ad religionis obſeruantiam
inuitari. Dubitas igitur an (qꝛ
multitudo reperitur in cau
ſa) ſeueritati ſit aliq̃d detra=

hendum? ¶ Nos inq̃ſi. t. t. r.
q̃ſi aduerſus eos q̃ labe fue
rint hmõi maculati accuſa=
tio coram te fuerit canonice
inſtituta: poſtq̃z crimen ordi=
ne fuerit iudiciario patefa=
ctum: tam in dãtes q̃z in reci
pientes canonice ſeueritatis
exerceas vltionẽ. ꝙ ſi de hoc
tibi per ſolam inquiſitionem
conſtiterit: eos qui per ſi=
moniacam prauitatem in lo=
cis talibus ſunt recepti: ab il
lis amotos ad agendam peni
tentiam ad monaſteria diri=
gas artiora. Abbatibus aũt
⁊ abbatiſſis: priorib⁹ / ꝑlatis
quibuſlibet. et officialib⁹ eo
rũdem iniungas penitentiaz
competentem: et donec illam
peregerint, eos a ſacrorũ or=
dinum executiõe ſuſpendas.
¶ Iniũgẽs ep̃is tuis: vt hãc
formam per ſuas dioce. ſtude
ant obſeruare. ¶ Illð tamẽ
gratãter recipi poterit quod
fuerit ſine taxatione gratis
oblatum. Idem priori ſancti
victoris magiſtris. J. bonoñ.
⁊ L. modicẽ. canonicis. ¶ Ab
bas contra teſtes qui depo=
ſuerunt contra eum de ſimo=
nia in iudicio inquiſitiõis ex
cipere poteſt ꝙ ſunt inimici
et cõſpiratores alias vero ex
ceptiones criminũ opponere
non poteſt. Capitulum. xxxi.

Licet heli ſumm⁹ ſacer=
dos in ſe bonus exiſte=
ret: q̃ tamen filiorũ exceſſus
efficaciter non corripuit: ⁊ in
ſe pariter ⁊ in ipſis aĩaduer=
ſionis diuine vindictam exce
pit: dum filijs eius in bello ꝑ
emptis ipſe de ſella corruẽs
fractis ceruicibus expirauit
Ad corrigendos igitur ſub=
ditorum exceſſus tanto dili=
gentius debet prelatus aſſur
gere: q̃zto dãnabilius eorum
offenſas deſereret icorrectaſ
contra quos (vt de notorijs
exceſſibus taceatur) et ſi tri
bus modis ꝓcedi poſſit per
accuſationem videlicet: denũ
ciationẽ: et inq̃ſitionẽ ipſorũ
vt tamẽ in oĩbus diligens ad
hibeatur cautela: ſicut accu=
ſationem legitima precedere
dʒ inſcriptio: ſic et denuncia=
tionem charitatiua correctio
et inquiſitionem clamoſa de=
bet inſinuatio preuenire De
ſcendam inquit dñs: ⁊ videbo
vtrum clamorez qui venit ad
me opere compleuerint. tunc
enim clamor peruenit ad pre
latum: cum per publicam fa
mam: aut inſinuationem fre=
quentem ſubditorum ſibi re=
feruntur exceſſus: ⁊ tũc dʒ de
ſcẽdere ⁊ videre. i. mittere et
inquirere: vtrũ clamorem qui
venit veritas comitet. Nam
iurta canonicas ſanctiones
ſi q̃d ꝯ quocũq̃z clerico ad au
res prelati ꝑuenerit: quod eũ
iuſte poſſit offendere non fa

eſſe credere nec ab vindictaȝ eum reos accendere dȝ icogni ta: ſȝ coram eccl'ie ſenioribus diligēter eſt veritas ꝑſcrutan da vt ſi rei popoſcerit quali= tas: canonica diſtrictio cul= pā feriat delinquētis: nō tan= q̄ȝ ſit idem accuſator ꝛ iudex: ſed q̄ſi fama deferente vel de nunciante clamore ſui officij debitum exeq̄t. eo ſꝑ adhibi to moderamie vt iuxta iudi= cij formaȝ ſnie q̄qȝ forma di= cetur. Cum igitur de ab= bate pōpoſiano ea nobꝫ fre= quenter inſinuata fuiſſent. q̄ ab honeſtate regulari nimiū diſſonabāt: mōachis ad pñti am noſtram accedentibus q̄ dam ex ipſis nobis ipm̄ de ſi monia periurio dilapidatiōe ac inſufficientia detulerunt. Contra quos cum idem ab= bas exciperet q̄ denūciatiōem hmōi fraterna correctio ſcḋm regulam euangelicam nō p̄= ceſſerat. et iidem conſtanter aſſererent q̄ correctionē hu iuſmodi p̄miſiſſent. lȝ ad pbā dum hoc duoꝝ mōachoꝝ iu ramenta fuiſſent exhibita qui tn̄ ſuꝑ hoc ipi nōdū ꝯtēdere deſiſtebāt: nos vt p̄diximus frequētib⁹ clamorib⁹ excita ti: ex officio nr̄o volum⁹ inq̄ rere de p̄miſſis: omnes mo= nachos qui vel cum ipſo vel contra ipſum acceſſerant iu ramenti vinculo aſtringen= tes: vt de propoſitis plenam quam ſcirent exponerent ve ritatem. q̄rū depoſitiōes cū ſcripturꝫ redacte publicate fuiſſent: ſuꝑ illis cepert mul tipliciter diſputare. q̄ vero ex aſſertiōe monachoꝝ: tum ex ipi⁹ abbatis cōfeſſione co gnouimus: q̄ idē nō modicā ſummā pecunie relictā a p̄de ceſſore ſuo expēderat ꝛ i alia ſūma maiori mōaſteriū obli= garat / nos eū q̄ſi de dilapida tiōe ſuſpectū ab adminiſtratio ne abbatie duxim⁹ ſuſpēdēdū. et q̄ ſymonia mltis mōis cō tra abbatē videbat eē pbata. ipe cōtra teſtes mltas exce= ptiōes oppoſuit ſuꝑ qb⁹ fuit mltiplicit̄ diſputatū / aliis aſ ſerētib⁹ in crimie ſymonie ſi cut in crimine leſe maieſtatis oēs idifferēter tā ifames q̄ȝ crimioſos nō ſolū ad accuſan dū ſȝ ēt ad teſtificādū admit= tēdos / cū iſtar publici crimis ꝛ leſe maieſtatis p̄cedat accu ſatio ſymonie. aliis econtra= rio rñdētib⁹: q̄ lȝ hec duo cri mina q̄tū ad accuſatiōeȝ q̄ſi paria iudicent / differt tn̄ mltis cū alia pena p vno ꝛ alia p altero iferat ꝛ iter ꝑſōas ac= cuſatorū ꝛ teſtiū ſit vtiq̄ȝ diſti guēdū / cū non ꝑ accuſatoꝛes ſȝ teſtes crimia cōprobentur. Ne ꝑ̄o vl' inocētie puritas ꝯfuſa ſuccūberet / vl' ſymonie prauitas effugeret impunita: nos equitate p̄ſata illas duxi= mus exceptiōes oppoſitas probandas admiſim⁹: que p bare nōn de zelo iuſticie ſed de malignitatis fomite pro= cedere viderentur. Idem.

[illegible]

Ex tuis litteras nobis intimaſti te dubitare ſu per quadā epla decretali quā nos aſſeris edidiſſe de teſti bus admittendis ꝯtra ſymo niacam prauitatem. Noue ris igitur q̄ nos illam epiſto lam q̄ ſic incipit q̄ȝuis ad abo lendā nequaq̄ȝ edidim⁹: ſed aliam que ſic incipit. licet he li nos ediditſſe fatemur. Ad cuius itelligentiam credim⁹ diſtinguendum vtruȝ is con= tra quem agit de ſymoniaca prauitate denūcietur ſimpli= citer aut criminaliter accuſe tur: vtrū agatur ſcḋm iuris rigorem / an ſecunduȝ tēperā tiā eq̄tatis. Item vtrum ipe ſit regularis q̄ iaȝ renūciauit mundo. an ſecularis q̄ ad huc in mūdo exiſtit ꝛ an infe rioris grad⁹: an excellētioris ſit dignitatis. Adhuc vtrum ſit fuiſſȝ clare opinionis ꝛ bo ne fame: an grauit' ifamat⁹ ꝛ valde ſuſpect⁹: ꝛ vtrū de facili poſſit puniri: an ſine ſcādalō neq̄at cōdemnari. Preterea: vtrū teſtes ſint honeſti an cri mioſi: ꝛ an ſint emēdati ď cri mie: an adhuc in crimine per ſeuerēt. Rurſus ſi crimia ſint eadeȝ vel minora an paria vl' maiora: vtrūue teſtes ex zelo iuſticie: an ex malignitatꝫ fo mite depoſuiſſe credant. De niq̄ȝ vtrū ad prauitateȝ ſymo niacam detegendā ſola dicta teſtiū inducantur. an alia eti am adminicula ſuffragentur Hec oīa ſunt ad intelligē tiā illi⁹ epiſtole diſtinguēda. Ille q̄dem pōpoſian⁹ abbas q̄ iampridē renūciauit mūdo erat de ſymonia / ꝑiurio / dila pidatiōe ac inſufficiētia gra uiter infamat⁹. Cūq̄ȝ ꝑ mona chos qui iurauerāt ꝑhibere teſtimoniū veritati: ſymonia multis modis videret eſſe p bata: ipe ꝯtra teſtes multas exceptiōes oppoſuit / ꝯſpira tiones vilȝ: inimicitias capita les / furtū / ꝛ adulteriū vt eos a teſtiōnio remoueret. Nos ꝑ̄o (ne inocētie puritas cōfu ſa ſuccūberet vl' ſymōie pra= uitas effugeret ipunita) illas duntaxat exceptiōes pbādas admiſim⁹. q̄b⁹ forte pbatꝫ te ſtes nō zelo iuſticie ſed mali gnitatꝫ fomite p̄ceſſiſſe ꝯſta ret vt cōſpiratiōes ꝛ inimiciti as capitales: ceteras aut ex ceptiōes vt furti / adulterii /

propter immanitatem hereſis
ſimoniace: ad cuius cõparati=
onem cetera crimia q̃ſi p ni=
chilo reputantur: duximꝰ re
pellendas q̃m et ſi pbate fi
dem teſtium debilitarent in
aliquo: non tamen euacuarẽt
ex toto aliis adminiculis ſuf
fragãtibus: preſertim cũ te=
ſtes de crimie fuerint emẽda
ti. ¶ Tales igitur contra ta
lem taliter duximus admit=
tendos: nõ ſcõm rigorem iu
ris: ſꝫ ſm temperantiã equi
tatis: cũ ageretur nõ crimi=
naliter vt deponeretur ab or
dine: ſed ciuiliter vt ab admi
niſtratione amoueretur tan/
q̃ꝫ imeritus et dãnoſꝰ. Et vti
q̃ꝫ tales prelati ex leuioribus
cauſis pñt ab adminiſtrati=
onibus amoueri: ſicut quorũ
dam religioſorum approba=
ta cõſuetudo depoſcit. ¶ Vñ
predictꝰ abbas nõ expecta=
ta ſentẽtia quaſi male cõſciꝰ
ſibi ceſſit. ¶ Idẽ abbati iẽbla/
ceñ. ¶ Non imputat electo
confirmato ſi eo prohibente p
ipſius cõfirmatione pecunia
data fuit. Capitulum xxxiii.

SIcut tuis litteris inti
maſti: cũ in iembiaceñ.
eccleſia fueris mõachus: fui
ſti tandem promotus ad regi
men eccleſie floreñ. verũ ab=
bate iambiaceñ. poſt ſublato
de medio: ipſa q̃ prius te filiũ
habuerat in patrem per ele=
ctionem canonicam te voca=
uit: et q2 paſtore carebat leo
dieñ. eccleſia cathedralis: ad
colonieñ. eccleſiam que tua ẽ
metropolis pficiſcẽs: ipſius
auctoritate in iembiaceñ. ec
cleſia interim miniſtraſti. Ce
terum poſtq̃ꝫ in leodieñ. ec=
cleſia fuit eps inſtitutus: is a
te requiſitus electionem de
te factam noluit confirmare
Verũ cũ hec fieri p extorquẽ
da pecunia cõperiſſes: ſub in
terminatiõe anathematis ve
tuiſti ne p facto huiuſmodi
aliqua pecũia offerretur. Sꝫ
quidam de fratribus te incõ
ſulto et ignorante cõtra exco
municationis a te facte ſniaꝫ
venientes: pmiſerũt pecuniã
et etiã exſoluerunt et ſic ab
epo inuitatus inſtitutionem
ab eo accepiſti libere quem=
admoduꝫ poſtulabas. ꝛ infra.
¶ Quãuis autẽ ſecundũ ſa
crorũ canonũ inſtituta: etiam
paruuli qui cupiditate parẽ
tũ eccl'ias p pecuniã ſũt ade=
pti: eas dimittere teneant. q2
tñ longe diuerſum eſt nõ phe
re cõſenſuꝫ: ꝛ expreſſuꝫ aliqd
phibere: taliter duximus rñ
dẽdum: q̃m ex eo contra phi=
bitioneꝫ ꝛ voluntatẽ tuã: a qua
poſtmoduꝫ minime receſſiſti
aliquis te penitꝰ ignorãte p=
miſit pecuniaꝫ ꝛ exſoluit (pre
ſerti cũ is nulla ſit tibi cõſan
guinitate cõiũctꝰ) nichil dꝫ tibi

ad penam vel culpã (ſicut cre
dimus) imputari: niſi poſtea
conſenſus pecuniam ſoluẽdo
promiſſam: vt reddendo ſolu
tam alioquin contingeret q̃
alicuiꝰ factũ inſidias inimico
parantis ei damnoſum exiſte
ret: cui penitus diſpliceret: ꝛ
ſi aliquis de fraude ſua com
modum reportaret. ¶ Illos
autẽ qui dederũt pecuniã vel
etiam receperunt intantum
conſtat eſſe culpabiles: q̃ ſi ex
ceſſus eoruꝫ eſſet eccleſie ma
nifeſtus: q̃ non iudicat de oc=
cultis, pena eſſent canonica
feriendi. ¶ Idem decano bel=
uaceñ. ¶ Si clericus cum pa
cto confert eccleſie bona ſua
vt in ipſa recipiatur in cano=
nicum: ꝛ illa ſibi retineat pro
prebenda ſimonia committi=
tur: ſecus ſi hoc fiat ſine pa=
cto. Capitulum xxxiiii.

QVa nos duxit diſcretio
cõſulendos. ꝛ infra. ¶ Deuo
tioni. t. t. r. q̃ ſi q̃s clericus cũ
cõditiõe vel pacto largiat aut
offerat bona ſua: vt illa poſt
modum p p̃bẽda retineat ꝛ in
canonicuꝫ admittatur: hmõi
oblatio vel receptio fieri non
poterit ſine vicio ſimonie: cũ
in talibus omnis pactio aut
conuentio ceſſare debeat iu=
xta canonicas ſanctiones.
¶ Si vero pure ac ſine pacto
vel conditiõe q̃libet offerat/
rogãs hũiliter ꝛ vt i canonicũ
admittatur: ꝛ bona ſua reti=
nere ſibi liceat p prebẽda: et
clerici eiuſdem eccleſie pure
conſentiant: huiuſmodi rece
ptio fieri potuit abſq̃ꝫ ſcru=
pulo ſimoniace prauitatis.
¶ Licet aũt taliter duximus
rñdendum: q2 nobis datũ eſt
de manifeſtis tantũmodo iu=
dicare: ſi tamẽ is qui talẽ do=
nationem facit ea intentione
ducatur: vt per tẽporalia bo
na que offert ſpũalia valeat
adipiſci: ꝛ clerici q̃ eum in fra
trẽ admittunt nõ eſſent eum
(niſi cõmoda tpalia percipe
rent) admiſſuri: ſine dubio tã
ille q̃ꝫ iſti apd̃ diſtrictũ iudi=
cẽ (q̃ ſcrutator eſt cordiũ ꝛ co
gnitor ſecretorũ) culpabiles
iudicant. ¶ Idẽ priori cantua=
rieñ. ¶ Nõ tñ quis ordinẽ re
cipere ab eo quẽ credit ſimo
niacũ: ſꝫ miniſtrare põt i illis
q̃s prius ab illo recepit. c. xxxv

PEr tuas litteras ſtima
ſti q̃ cũ B. i q̃dẽ domo
cãtuarieñ. ordis ſuſcepiſſꝫ ha
bitũ monachalẽ: a dioce. epo.
fuit in ſubdiaco. ordinatꝰ/ ſed
poſtmoduꝫ didicit ex relatio
ne q̃rũdaꝫ/ q̃ eps multotiens
cõmiſerat viciũ ſimonie/ ppt
qd̃ ideꝫ monachꝰ in ſuſcepto
formidat ordie miniſtrare no
lẽs ab eodẽ epo ad ſuperiores
ordines promoueri. et infra.
¶ Nos igit rñdemꝰ vt ideꝫ in
ordie ſic ſuſcepto ſecure mi=

nistret. sed contra conscientiã ad superiores ordines nõ ascẽdat: ne forte edificet ad gehẽnã: licet ex eo q conscientiã nimis habuerit scrupulosam: in difficultatem huiusmodi sit collapsus: quã vtiqz nõ euadet nisi deponat errorẽ. Idẽ cantuarieñ. archiep̃. ¶ [illegible] Capitulum. [illegible]

Tatis peccatis exigentibus corda quorūdam symoniaca prauitas deprauauit. ⁊ infra. ¶ Sane peruenit ad audientiam nostram: q cũ olim quidam suffraganei tui pro crismate certã cõsueuerãt accipere pecunie q̃titatẽ: nõ metuentes penã canonicam: et correctionem tuam eludere cupientes tempus faciende solutionis anticipant: recipientes in media quadragesima qđ recipere cõsueuere post pascha: et vt causam recipiendi dissimulent/ nomẽ denariorum variant/ denarios quos prius crismales/ secundo paschales dicebãt: cõsuetudinem medie quadragesime nuncupantes. ⁊ infra. Cum vero expressius exprimat venditiõis speciẽ q prius recipere preciũ q̃ rẽ conferat: ꝑiculosam: ⁊ gratis sit gr̃a ꝯferenda/ mandamus q̃tenus taliter excessus corrigas: vt supradictos suffraganeos tuos [illegible] officiales eoꝝ a tã illicita exactiõe cõpescẽs: q alioꝝ culpa tibi ob tuã negligentiã non imputetur ad penã. ¶ Prauã etiam illã cõsuetudinem de tua prouincia studeas abolere p quã pro ecclesiarũ inuestitura archidiacõni marchã argenti/ minores vero decani vaccã albam sibi dari postulant/ vel certam solui pecunie quantitatem. Idem. ¶ [illegible]

Ex tuas nobis litteris intimasti/ q cum lator presentiũ vellet in subdiaconum ordinari/ et certum titulum non haberet quendam presbyterũ exorauit vt ipsum ad ecclesie sue titulum presentaret quod cũ ille facere recusaret/ ipse illi firmiter repromisit/ q nunq̃ si presentaret eundem in ecclesia sua aliquam peteret portionẽ: ⁊ sic ad presentationem eius extitit ordinatus/ nec se in hoc egisse aliquod illicitum intellexit. et infra. ¶ Nos inqui. t. tu. quoniam cum eo fuerit misericorditer dispensatum nec ad superiores ascẽdere nec in suscepto

debet ordine ministrare. ¶ Symonia est dare [illegible]

Consulere. et infra. Quicunqz vicedominatum vel aliam ecclesiasticarum reꝝ administrationem per pecuniam obtinere voluerint: tam ementes q̃ vendentes cũ symone percellunt: et ab illa ecclesia in cuius contumeliam dare pecuniam et accipere voluerunt iuste excluduntur. Idem in concilio generali. ¶ [illegible]

Sicut pro certo didicimus: in plerisqz locis ⁊ a plerisqz personis quasi columbas in templo vendentib9 fiunt exactiões/ ⁊ extorsiões turpes et praue. pro consecrationib9 episcoporũ: bñdictionibus abbatũ: ⁊ ordinib9 clericorũ. estqz taxatum: quantũ sit isti vel illi/ q̃tũve alteri/ vel alii persoluẽdum: ⁊ ad cumulũ dãnationis maioris quidam cupiditatẽ ⁊ prauitatem huiusmodi nituntur defendere per consuetudinẽ longo tpe obseruatã. ¶ Tantũ igit abolere volẽtes abusum/ cõsuetudinẽ huiuscemodi (que magis dicenda est corruptela) penitus reprobamus firmiter statuẽtes, vt pro his siue conferendis siue collatis nemo aliqđ q̃cunqz p̃textu exigere aut extorq̃re presumat. alioqn ⁊ q̃ receperit ⁊ q̃ dederit hmõi p̃ciũ/ oino dãnatum cũ giezi ⁊ symone cõdẽnetur. Idẽ in eodẽ. ¶ [illegible] Capitulum. xl.

Quoniam symoniaca labes adeo plerasqz moniales infecit/ vt vix aliquas sine precio recipiant in sorores/ paupertatis pretextu volentes hmõi viciũ palliare ne id de cetero fiat penitus p̃hibemus statuẽtes/ vt q̃cunqz de cetero talẽ ꝯmiserint prauitatẽ tã recipientes q̃ recepta/ siue sit subdita siue p̃lata/ sine spe restitutiõis de suo monasterio expellatur in locum artioris regule ad agendum

perpetuam penitentiã retru
denda. ❡ De his autẽ que ã
te hoc ſinodale ſtatutũ talit̃
ſũt recepte ita duxim⁹ pṽidẽ
dum. vt remote de monaſteri
js q̃ perperam ſunt ingreſſe
in alijs locis eiuſdem ordis
collocentur ꝙ ſi forte ꝓpter
nimiã multitudinẽ alibi neq̃
uerint cõmode collocari: ne
damnabiliter i ſeculo euagẽ
tur: recipiantur in eiſdẽ mõa
ſterijs diſpenſatiue de nouo
mutatis prioribus locis ⁊ in
ferioribꝰ aſſignatis. ❡ Hoc
etiaꝫ circa monachos vel ali
os regulares decernim⁹ ob
ſeruandũ. ❡ Uerum ne ꝑ ſim
plicitateꝫ vel ignorantiã ſeva
leant excuſare precipimus:
vt dioceſani epi ſingulis an
nis hoc faciant per ſuas dio.
publicari. Idẽ in eodem.
❡ Epiſcopi nil exigere debẽt
vt permittãt in eccleſijs ſibi
ſubiectis clericos iſtitui mo
nachos profiteri vel mortuos
ſepeliri alioquin exacta reſti
tuentur duplicata. Capi. xlj.

Audiuimus de quibuſ
dam epis ꝙ decedẽti=
bꝰ eccleſiaꝝ rectoribus ipas
interdicto ſubijciũt: nec pati
untur alios in eiſdem iſtitui
donec ipis certa ſumma pe=
cunie ꝑſoluatur. Preterea cũ
miles: aut clericꝰ domum re
ligionis ingreditur/vel apd
religioſos eligit ſepulturaꝫ
etiaꝫ ſi nichil loco religioſo
reliquerit difficultates inge
rũt ⁊ malicias: donec aliquid
muneris manus cõtigat eoꝝ.
❡ Cum igitur nõ ſoluꝫ a ma
lo: ſꝫ ab omni ſpecie mali ſit
ſecundum apoſtoluꝫ abſtinẽ
dum: exactiones huiuſmodi
penitus inhibemus. ❡ Q ſi
quis trãſgreſſor extiterit ex
acta duplicata reſtituat: i vti
litatem locorum (in quorum
fuerint ſoluta diſpendiuꝫ) ſi
delit̃ ꝯuertenda. Idẽ i eodẽ.
❡ Sacramẽta ſũt libere cõ
ferenda cogit tamen ordina
rius laicos obſeruare lauda
biles conſuetudines. Ca. xlij.

Ad apoſtolicaꝫ audien
tiam frequenti relatio
ne peruenit: ꝙ quidam cleri
ci pro exequijs mortuorum ⁊
benedictionibus nubentiuꝫ
et ſimilibus pecuniã exigũt
et extorquẽt ⁊ ſi forte eoꝝ cu
piditati nõ fuerit ſatiſfactuꝫ
impedimenta ficticia frau=
dulenter opponũt. Econtra
vero quidã laici laudabilem
conſuetudinem erga ſanctaꝫ
eccleſiaꝫ pia deuotione fide
lium introductam ex fermen
to heretice prauitatis nitun
tur infringere ſub pretextu
canõice pietatis. ❡ Quapro
pter ſup his prauas exactio
nes fieri prohibemus ⁊ pias
conſuetudines precipim⁹ ob
ſeruari: ſtatuentes: vt libere

conferantur eccleſiaſtica ſa=
cramẽta ſed ꝑ epiſcopuꝫ loci
veritate cognita cõpeſcãtur
qui malicioſe nitũtur lauda=
bilẽ conſuetudinẽ immutare
Inn. iij. vniuerſis abbatibꝰ
et fratribus ciſterci. ordinis
❡ Prohibet abbates ciſter=
cienſes ſolẽniter iſtallari: ⁊ po
nit formã obedientie quã pre
ſtant ſuis epis. Capitul. xliij.

Ne dei eccleſiã. et infra.
Inſtallatiõis ſolemni
tates in electis abbatibꝰ or
dinis veſtri fieri prohibẽtes
❡ Adijcim⁹ vt archiepi ⁊ epi
ea ſint forma ꝓfeſſionis cõtẽ
ti que ab origine vr̃i ordinis
noſcitur inſtituta: q̃ talis eſt
Ego frater abbas ciſter. or=
dinis ſubiectiõem ⁊ reuerẽti
am ⁊ obedientiam a ſctis pa
tribꝰ conſtitutã: ſcd̃m regulã
ſancti benedicti tibi dñe epe
tuiſq; ſucceſſoribus canõice
ſubſtituendis: ⁊ ſancte ſe. ap.
ſaluo ordine meo/ perpetuo
me exhibiturum promitto.
Ce. iij. prio. ſcti tho. eſculaſi.
❡ Recepto in canonicũ debe
tur ꝓbenda ⁊ redditus: ꝯſue
tudine non obſtante ꝙ nõ ſer
uauerit prauã conſuetudinẽ
de aliquo tpali dãdo ipſis ca
nonicis. Capitulum xliiij.

Iacobꝰ canonicꝰ eſcula
nus expoſuit: ꝙ cũ ipe
in eccleſia apruti. ſit receptꝰ
in canonicum et i fratreꝫ: ca
nonici eiuſdẽ eccl̃ie ꝓteꝫ pro
uentuum ac ꝓbendam ſibi aſ
ſignare recuſãt: quandã cõ=
ſuetudinem ꝓtendẽtes ꝙ pñã
dium habere debeant a cano
nico recepto d̃ nouo. ❡ Quo
circa mãdamus q̃ten⁹ ſi ẽ ita
dictos canonicos: vt (tali cõ
ſuetudie nõ obſtante) ſibi ſi
cut vni ex alijs in ꝓuentibus
et prebẽda prouideãt appel
lati. re. compellas. Idem.
❡ Qui ordinauerit aliquẽ ſub
promiſſiõe de nõ petẽdo ab
ipſo prouiſiones ordinator per
triennium a collatiõe: preſen
tator vero ab executiõe ordi
num etiã ꝑ triennium ſuſpendi
tur ordinatus vero ab ordie
perpetuo ſit ſuſpenſus: ⁊ ſo=
lum ꝑ ſedem apoſtolicam cũ
eis diſpenſatur.
Capitulum. xlv.

Si quis ordinauerit ſeu
ad ordinẽ ꝑſentauerit
aliquem/ promiſſionẽ vel iu=
ramentum ab illo recipiẽs ꝙ
ſuper prouiſione ſua nõ inqe
tet eundem: ordinator a colla
tione/ ꝑſentator vero ab exe=
cutione ordinũ per trienniuꝫ
et ordinatus ab ordine ſic ſu
ſcepto: donec diſpenſationeꝫ
ſuper hoc per ſedem apl̃icaꝫ
obtinere meruerint: nouerit
ſe ſuſpenſos. Idem.
❡ Habet duo dicta. ſecundũ
ibi. et ad reſignationes. et ꝓ
pter breuitatem et varieta=

add. extravagante m comunem .i. de simonia

p hvr bide ... eius non dispensat ... cis quis simo niace ordinem re ceperunt ... quod intellige glam in c. requisitis .i. q. 7. de quo bide ... Bellame rani.

dem lecturarum aliter non ſũ mantur. Capitulum.xlvi.

M Andato noſtro recepto vt cum monachis qui per ſymoniam dato aliq̃ locuʒ in monaſterijs ſunt adepti: ſecundum conſtitutionem generalis concilij diſpẽſares:ꝛ infra. ¶ Conſul.t.breuiter reſpondentes dicimus mandatum apoſtolicum etiam ad abbates extendi.

¶ Et ad reſignationes ſpiritualiuʒ et temporalium que nullo pacto ſed affectu animi precedẽte: vtrinqʒ taliter acquiruntur: in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam penitentiam ſuo ſatiſfacere creatori: eos pro ſymonia huiuſmodi nõ teneri. ¶ Ne prelati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedãt.

Alexan.iij. in cõcilio latera.

¶ Qui dat pecuniam vt epiſcopalem vel ſpiritualem iuriſdictionem exerceat: officio ſuo priuatur. ꝛ ſic conferens illud amplius conferre non poterit: ꝛ canonice punietur. h. d. cum ſequentibus. Capit.i.

P Reterea quoniam quidam in quibuſdam partibus ſub precio ſtatuuntur qui decani vocantur. et pro certa pecunie quantitate epiſcopalem iuriſditionem exercent. ¶ Preſenti decreto ſtatuimus: vt qui de cetero hoc preſumpſerit. officio ſuo priuetur. et epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat. Idem in con. turon.

¶ Summatum eſt ſupra ca. proxi. Capitulum ſecundum.

Q Uoniam in quibuſdam partibus decani quidã vel archipreſbiteri ad agẽdas vices epõꝝ ſeu archidiaconoꝝ: ꝛ t'minãdas cãs eccleſiaſticas ſub annuo precio ſtatuunt: qđ ad ſacerdotũ grauamẽ ꝛ ſubuerſionẽ iudicioꝝ nõ eſt dubiuʒ redundare: id vlterius fieri prohibemus. ¶ Quod ſi quis de cetero fecerit: remoueatur a clero. Epiſcopus autem qui hoc ſuſtinuerit: et eccleſiaſticam iuriſditionem ſua patitur diſſimulatione peruerti: diſtrictione canonica percellatur. Idem.

¶ Regimen eccleſie ſub annuo cenſu committi non debet. Capitulum tertium.

Q Uoniam enormis quedaʒ conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorum patrum inſtitutiones inualuit: vt ſub annuo precio ſacerdotes ad eccleſiaruʒ regimen ſtatuantur. ¶ Ne id fiat modis omnibus prohibemus. ¶ Quia dum ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur: ad eterne retributionis premium conſideratio nõ habetur. Idem exon. epiſcopo.

¶ Fructus eccliarũ ſub annuo concedi poſſunt. Cap.iiij.

Q Uerelaʒ magiſtri G. u. recepimus. ꝙ cum eccleſiam de cephala. a. G. perſona eiuſdeʒ ad annuum cenſum tenendam per ſeptenniũ ſuſcepiſſet ipſe anteqʒ eam per vnius anni ſpacium tenuiſſet auferre preſumpſit: qʒqʒ preſtita fide firmauerit ꝙ vſqʒ ad ſtatutum terminum nullã ei exinde moleſtiam vel grauamẽ inferret. Ideoqʒ mandamus quatenus ſi conſtiterit ita eſſe: eum diſtricte compellas: vt prefatam eccleſiaʒ dicto G. u. reſtituat ꝛ vſqʒ ad terminum conſtitutum (ſcđʒ quod inter ſe conuenerint) ipſuʒ eandem permittat pacifice poſſidere. ¶ De magiſtris: ne aliquid exigat̃ p licẽtia docẽdi. ¶ x cõci. lat. ¶ Eccl'a cathedralis puidere dʒ magiſtro beneficio q̃ clericos eiuſdẽ eccleſie ꝛ alios paupes grat̃ʒ doceat vedẽs licẽtiam docẽdi ãt alios idoneũ ad docẽdũ be prohibere non debet. Capitulũ.i.

Q Uoniã eccl'ia dei ſicut pia mat̃ puidere tenet̃ ne pauperibus qui parentum opibus iuuari non poſſunt: legendi ꝛ proficiendi oportunitas ſubtrahatur: per vnamquamqʒ cathedralem eccleſiam magiſtro qui clericos eiuſdem et ſcholares pauperes gratis doceat competens aliquod beneficium prebeatur. et infra. ¶ Pro licentia vero docendi nullus precium exigat vel ſub obtentu alicuius conſuetudinis ab eis quos docet aliquid querat: nec docere quemqʒ (q̃ ſit idoneus) petita licentia illis interdicat. ¶ Qui auteʒ contra hoc venire preſumpſerit: ab eccleſiaſtico fiat beneficio alienus. digum quippe videtur vt in eccleſia fructus ſui laboris non habeat: qui cupiditate animi dum vendit docendi licentiam eccleſiaſticum profectum nititur impedire. Alexander tertius vinton. archiepiſcopo.

¶ Pro licentia docẽdi nichil exigi debet vel pmitti: ꝛ exactũ reſtitui ꝛ pmiſſum remitti debet. ꝛ negligentie inferiore plato ad magrm pſtinẽdũ ſupplebit hoc ſupior. c.ij.

P Rohibeas ne in parrochia tua p licẽtia docẽdi exigat̃ aliqđ aut etiã pmittat. Si q̃đ vero poſtea ſolutuʒ fuerit vł promiſſuʒ: remitti pmiſſum facias ꝛ reſtitui ap. ceſſante ſolutum. ſciens ꝙ ſcriptum eſt Gratis accepiſtis gratʒ date. Sane ſi quis

diſtulerit magiſtros in locis congruis inſtruere; tibi liceat ap. poſtpoſita ibi aliorũ inſtructioni pficere viros prouidos honeſtos ꝛ diſcretos. Idem.

Pro licentia docendi pecunia exigi nõ debet. Etiã ſi hoc habeat aſſuetudo. c. iij

Uanto gallicana eccleſia. ꝛ infra. Dignos eſſe animaduerſiõe cenſemus qui nomen magiſtri ſcholarũ et dignitatem aſſumunt: et ſine certo precio eccleſiaſticis viris docendi alios licẽtiã nõ impendunt. Cum autem hec praua ↄſuetudo a cupiditatis radice pceſſerit: ꝛ decorẽ ad modũ eccl'iaſtice honeſtatis confundat: mãdamꝰ quatenꝰ (cõſuetudine ipſa de vr̃is eccleſijs extirpata) ſub anathematis interminatione hoc inhibere curetis: diſtricte precipientes vt quicũqꝫ viri idonei ꝛ litterati voluerint regere ſtudia litterarum: ſine moleſtia ꝛ exactione q̃libet ſcholas regere permittantur. ¶ Si vero huiuſmodi ꝓhibitionis vel precepti extiterĩt tranſgreſſores: eos officijs ꝛ dignitatibus ſpolietis.

Innocentius tertius in concilio generali.

¶ In qualibet cathedrali eccleſia vel alia in facultatibus ſufficienti debet a prelato vel capitulo vnus magiſter eligi cui redditus vnius prebende debent aſſignari. In metropolitana vero eccleſia etiam eligi debet theologus: ꝛ ſi aliã grammaticum ꝛ theologum non ſufficit ꝓuideat ipſa theologo ex redditibꝰ ſue eccleſie ꝛ grammatico faciat prouideri in aliqua eccleſiarum ſue ciuitatis vel diocecis. Capitulum quartum.

Uia nõnullis propter inopiam ꝛ legendi ſtudium ꝛ oportunitas proficiendi ſubtrahitur in lateran. cõcilio pia fuit conſtitutiõe prouiſum vt per vnamquãqꝫ cathedralem eccleſiam magiſtro qui eiuſdem eccleſie clericos aliosqꝫ ſcholares pauperes gratis inſtrueret. aliquod cõpetens beneficium preberet: quo et docentis releuaretur neceſſitas: et via pateret diſcentibus ad doctrinam. ¶ Uerum quoniam in multis eccleſijs id minime obſeruatur: nos predictum roborantes ſtatutũ adijcimus vt nõ ſolum in qualibet cathedrali eccleſia: ſed etiam in alijs quarũ ſufficere poterunt facultates: conſtituatur magiſter idõeus a prelato: cũ capitulo: ſeu maiori ꝛ ſaniori parte capituli eligendus: qui clericos eccleſiarum ipſarũ gratis in grammatica facultate et alios inſtruat iuxta poſſe.

co. c. 1. seſs. 5. de refor. in cun. ſui

Sane metropolis eccl'ia theologum nichilominus habeat: qui ſacerdotes et alios in ſacra pagina doceat: ꝛ in his preſertim informet que ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignẽtur autẽ cuilibet magiſtrorum a capitulo vnius prebende prouentꝰ. et pro theologo a metropolitano tantundem non q̃ ꝓpter hoc efficiatur canõicus ſed tandiu redditus ipſos percipiat q̃zdiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de duobus magiſtris eccleſia metropol. grauet: theologo iuxta modum predictum ipſa prouideat: grammatico vero in alia eccleſia ſue ciuitatis ſiue dioceſis que ſufficere valeat faciat prouideri. Hono. iij.

¶ Prelati et capitula ad ſtudia theologie ſcholares docibiles tranſmittere tenentur: qui in abſentia redditus prebendarum ſuarum ꝛ beneficiorum per quinquennium integraliter percipient: et ſi proprij redditꝰ ad ſuſtentationem ſtudij eis non ſufficiunt: debet prelatus cum capitulo eis ꝓuidere. magiſtri vero donec docuerit integre percipiunt fructus beneficiorum ſuorum. Capitulum. v.

